Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad rem referenda, maxime quia res non affi-
citur iniuria, sed persona, cuius bona ita de fa-
cto detinentes ita iniuriarum tenetur arrestans.
Beckius c. 13 dicto tractatu Zasius cons. 2 nu. 19
et 15 lib. 2.

Decimo. Supra diximus si rem attentius consi-
deramus immobilia bona non potest arrestari
sed fructus tamen impediri ne a domino rerum
immobilium percipi possint vel alias res mobiles
puta merces, pecora, pecunias, suppellectilem.
Atqui quomodo hae res mobiles, quae quotidie
de loco in locum moventur et absumuntur, nec
sedem fixam, nisi ex voluntate Domini habent,
mediate vel immediate Imperio subesse considera-
buntur, quae singulis diebus, si domino placuerit, absu-
mi, et ex uno territorio in aliud, ne dica-
mus de persona in personam libere transfer-
ri possunt.

Undecimo. In concurrentia superioris cer-
tantis de Jurisdictione cum inferiore, ad-
haerendum superiori, praesertim cum superioris
universalis magis favorabilis sit quam in-
ferioris quae magis restricta est. Veluti hoc
casu Imperator supremus pugnat cum Duce
inferiore. Ille tollit factum iure improbatum.
Hic defendit reprobatum. Hic praetendit spe-
ciale territorium; ille universale.

Duodecimo facit pro ampliatione Ju-
risdictionis Cameraeae et consequenter pro
propugnanda Jurisdictione Imperii